

*Aurora Musas nutrit*

Die Jesuiten und die Kultur Mitteleuropas im 16.–18. Jahrhundert



*Aurora Musas nutrit*  
**Die Jesuiten und die Kultur Mitteleuropas  
im 16.–18. Jahrhundert**

Acta conventus  
Bratislavae 26.–29. Septembris 2007

Redegerunt Ladislav Kačič et Svorad Zavorský



© Slavistický ústav Jána Stanislava SAV, Teologická fakulta Trnavskej univerzity,  
Bratislava 2008

Edited © by Ladislav Kačic and Svorad Zavarský

Dúbravská cesta 9, SK–813 64 Bratislava  
Kostolná 1, P.O. BOX 173, SK–814 99 Bratislava

Tel.: 00421-2-59209414

Fax: 00421-2-59209411

e-mail: [ladislav.kacic@savba.sk](mailto:ladislav.kacic@savba.sk)

[svorad.zavarsky@savba.sk](mailto:svorad.zavarsky@savba.sk)

Umschlagabbildung: Frontispice aus P. Martinus Szent-Ivany SJ *Curiosiora et  
Selectiora Variarum Scientiarum Miscellanea* (Tyrnaviae 1689)

Satz und graphische Gestaltung: Juraj Molčányi

Druck: Dobrá kniha

ISBN 978-80-969992-2-4

Printed in Slovakia

Dieser Sammelband entstand als Bestandteil des gemeinsamen Projekts des Institutes für Slawistik des Ján Stanislav der Slowakischen Akademie der Wissenschaften und der Theologischen Fakultät der Tyrnauer Universität VEGA Nr. 2/6141/27.

# Conspectus rerum

<b>Lectori salutem</b> .....	7
<b>Marek Inglot SJ</b> (Rome) <i>Ad quascumque provincias nos mittere voluerint, exsequi teneamur.</i> Les origines de la Compagnie de Jésus et son implantation en Europe centrale .....	9
<b>Juraj Dolinský SJ</b> (Trnava) Kurze Geschichte der Jesuiten im Königreich Ungarn .....	21
<b>Ladislav Csontos SJ</b> (Bratislava) Die geistlichen Wurzeln der jesuitischen Kultur .....	27
<b>Ivona Kollárová</b> (Bratislava) <i>Ex Bibliotheca Polemico-Catechetica Posoniensi Societatis Jesu.</i> Die Edition der Preßburger Jesuiten als Medium der interkonfessionellen Kommunikation .....	35
<b>Svorad Zavarský</b> (Bratislava) <i>Unam hanc in terris esse beatitudinem: Scire</i> The Scientific Dissertations of Martinus Szent-Ivany SI .....	51
<b>Miroslav T. Morovics</b> (Bratislava) Der Einfluß der jesuitischen Universitäten auf die mathematische Kultur in Ungarn (17. und 18. Jahrhundert) .....	61
<b>Stanislav Tuksar</b> (Zagreb) General Dictionaries of Croatian Language Compiled by Jesuit Scholars and Published between 1549 and 1742: Codification of a Language with a Case Study in Music Terminology .....	71
<b>Martin Svatoš</b> (Praha) Die dialogische Schrift <i>Quaesita oratoria</i> von Bohuslaus Balbinus SJ und die Schulrhetorik des 17. Jahrhunderts .....	81
<b>Marie-Elisabeth Ducreux</b> (Paris) Dévotion, littérature et poésie au XVIIe siècle: Bridel et Nádasi .....	89
<b>Elisabeth Klecker</b> (Wien) – <b>Eva Taranová</b> (Bratislava) Vergilrezeption als Ausdruck jesuitischen Gottvertrauens – Michael Denis: <i>Extinctae societati meae</i> .....	113
<b>Jean-Marie Valentin</b> (Paris) <i>Ignatius Musarum vindex</i> . Das Jahr 1622 und die Heiligsprechung des Ordensgründers und des Apostels Indiens. Reflexe auf den Bühnen der Gesellschaft Jesu .....	125
<b>Anne-Claire Magniez</b> (Paris) Des <i>Exercices spirituels</i> théâtralisés et musicaux. L'exemple du <i>Theatrum Solitudinis Asceticae</i> de Franciscus Lang SJ (1717) .....	135
<b>István Kilián</b> (Budapest) Neue Daten über die Schauspielpraxis der Jesuiten in Bratislava .....	145

<b>Herbert Seifert</b> (Wien)	
Metrik und Musik der Jesuitendramen .....	155
<b>Friedrich W. Riedel</b> (Sonthofen)	
Die Bedeutung der Jesuiten für die Kultur Schwabens in der Barockzeit .....	165
<b>Gerhard Walterskirchen</b> (Salzburg)	
<i>...lange mit keinem Parnaß umgeben.</i> Salzburg und die Jesuiten .....	175
<b>Jiří Sehnal</b> (Brno)	
Was haben tschechische Komponisten in den Jesuitenschulen erlernt .....	183
<b>Václav Kapsa</b> (Praha)	
Jesuiten komponieren. Bemerkungen zu den erhaltenen Kompositionen der böhmischen Jesuiten .....	193
<b>Vladimír Mañas</b> (Brno)	
<i>Vulgus Bohemorum Musicae adictissimum</i> Music in the Recatholisation Strategies of the Czech Jesuits in the 17th Century ..	209
<b>Ladislav Kačic</b> (Bratislava)	
Die Musiker bei den Jesuiten in der Slowakei im 17. und 18. Jahrhundert .....	215
<b>Katalin Kim Szacsvai</b> (Budapest)	
Musik bei den Tyrnauer Jesuiten im 18. Jahrhundert .....	227
<b>Petrus Eder OSB</b> (Salzburg)	
P. Martin Schonsleder SJ und seine <i>Architectonicae Musices</i> .....	253
<b>Piotr Tarlinski</b> (Opole)	
Die Pflege der Kirchenmusik bei den Jesuiten in Glatz (Kłodzko) im 18. Jahrhundert .....	261
<b>Pál Richter</b> (Budapest)	
Die Jesuiten und das Kirchenlied des 17.– 18. Jahrhunderts in Ungarn.....	275
<b>Peter Ruščin</b> (Prešov)	
<i>Sic cantet servus Christi.</i> Der Beitrag der Jesuiten zum slowakischen Kirchenlied des 17. und 18. Jahrhunderts .....	281
<b>Marie Škarpová - Tomáš Slavický</b> (Praha)	
Prolegomena zu einer neuen, noch nicht angefertigten Edition der <i>Jesličky</i> von Fridrich Bridelius SJ .....	291
<b>Petr Fidler</b> (Innsbruck)	
Jesuitenarchitektur als <i>Propaganda fide?</i> .....	303
<b>Zuzana Dzurňáková</b> (Trnava)	
Angels in Jesuit Art. The Exemple from Church of St. John the Baptist in Trnava .....	315

## *Lectori salutem*

*Academiae Scientiarum Slovacae Institutum Stanislavianum studiis Slavicis provehendis (Slavistický ústav Jána Stanislava SAV) nec non Facultas Theologica Universitatis Tyrnaviensis doctum plurimum scientiarum nationumque conventum instituerunt, qui ex Aurora Musas nutrienti appellatus a 26-o usque 29-um diem mensis Septembris anno 2007-o peractus est. Qui convenerant, veteris Societatis Iesu merita de humanitatis cultu in Europa centrali provehendo docte tractabant. Curam conventus instituendi apparandique etiam Consociatio musicologica Slovaciae (Slovenská muzikologická asociácia), Forum Austriacum Bratislavense humanitatis cultui fovendo (Österreichisches Kulturforum Bratislava), Societatis Iesu Provincia Slovaciae, Aloisiani amicorum sodalitas (Priatel'ia Aloisiana), Institutum Francogallicum Bratislavense (Institut Français de Bratislava) susceperunt.*

*Id praecipue spectabatur in conventu, ut novae variarum scientiarum cognitiones de rebus a Societate Iesu gestis conferrentur compararenturque. Percommode autem evenit, quod investigatores rerum historicarum, philologarum, scaenicarum, musicarum, hymnicarum, architectonicarum aliarumque huius comparationis participes fuerunt. Merito igitur dici potest conventum tam multarum disciplinarum, ubi res Societatem Iesu spectantes docte disceptarentur, in Slovacia numquam antea habitum esse.*

*Societas Iesu de cultu civili provehendo in Europa quoque centrali, ut vocatur, mirum quantum meruit. Vestigia eiusdem non solum in litteris artibusque instituendis sed et in scaenicis, musicis, architectonicis aliisque monumentis inveniuntur. Attamen plures de ipsa Societate deque susceptis olim ab ea laboribus cognitiones recens de novo recogitari incepterunt. Ex iis, quae hoc tempore peraguntur, investigationibus comprobatur nonnullas notiones iam pridem receptas, puta genus artium barocum Societati Iesu proprium (Jesuitenbarock), de novo definiendas esse. Comparatio cognitionum ex variis scientiarum provinciis provenientium admodum utilis fructuosaque se ostendit. Numerosae inter diversas artes, immo inter artes et scientias per Societatem Iesu excultas similitudines hac methodo repertae sunt.*

*Haud inconsulto factum, quod conventus noster in aula maxima Facultatis Theologicae Universitatis Tyrnavienis actus est. Aedes antiqui Societatis Iesu collegii, quae Evangelicis Augustanae Confessionis antea servierant, peculiarem suum loci genium, ut eorum qui interfuerunt est opinio, habuerunt. Conventus etiam in Ecclesia Sanctissimi Salvatoris, quam Societas custodit, sollemniter est apertus inchoatusque. Hac occasione singulare opus musicum a Georgio Christophoro Wagenseil (qui annis 1715-1777 vixit), Musico Caesareo compositum, quod Oratorio per la novenna di Santo Xaverio appellatur, nostra aetate primitus, plus quam 250 annis post, auditum est. Musicum veterum instrumentorum collegium, quod Solamente naturali nuncupatur, sollemnissimum omnibusque numeris absolutum concentum produxit primario musico Miloš Valent moderante. Cantores solიცines fuerunt Hjördis Thébault (cantus), Mária Henselová (altus), Marian Olszewski (tenor), Matúš Trávníček (bassus). Partes autem communes Chorus Salvatoris, qui in Ecclesia, quam supra diximus, domicilium suum habet, Róbert Mésároš regente cantavit. Omnibus denique praefuit Didier Talpain, musicae director natione Francogallus. Inter conventum etiam missa pro participantibus a Patre Ján Ďačok*

*Societatis Iesu in Slovacia Provinciali una cum aliis, qui conventui intererant, sacerdotibus celebrata est.*

*Hic conventus, ubi res tam variae tantique argumenti agebantur, non nisi plurimum institutorum hominumque auxilio atque subsidio institui potuit. Itaque ii, qui primas partes in conventu instituendo egerunt, imprimis Consociationi musicologicae Slovaciae, quae subventionem a Ministerio rerum culturalium Reipublicae Slovaciae impetravit, Foro Austriaco humanitatis cultui fovendo eiusque directrici artium magistrae Susanne Renetzky, Instituto Francogallico eiusque directori domino Didier Talpain nec non P. Provinciali Ján Ďačok aliisque Sociis Iesu in Slovacia gratias debent.*

*Hisce collectaneis fere omnes, quae in conventu dictae sunt, commentationes continentur. Quarum argumenta quod attinet, redigentes nihil mutavimus. Id quod dolendum, nonnullae imagines, quae a commentationum auctoribus deteriores ad nos devenerunt, deterius hic repraesentantur. Curam collectaneorum edendorum Institutum Stanislavianum Academiae Scientiarum Slovaciae et Facultas Theologica Universitatis Tyrnaviensis pari iugo susceperunt.*

*Sententia vero, quam conventus noster sibi ut tesseram quamdam usurpavit, ex Calendariis a Martino Szent-Ivany S. I. (qui annis 1633-1705 vixit), doctissimo sacerdote, natione Slovaco exaratis desumpta est. Quae integra, in chronogrammaticis formam redacta, hunc in modum legitur: AVrora MVsas nVtrIt, VlgILla freqVentlor eDVCat. Ubi Auroram pro Christo accipiendam censemus, quae interpretatio, ut olim Societati Iesu aptissime conveniebat, sic nobis atque benevolo lectori applicari valeat. Ita vovent*

*Ladislaus Kačič et Zoerardus Zavarský*